DE

HYDROPE ALBUMINOSO.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITERARIA

FRIDERICA GUILELMA

UT SUMMI

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE XXII. MENS. DECEMBR. ANNI MDCCCXXXVII.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

LUDOVICUS SCHEIMANN,

FRANCOFURTANUS.

OPPONENTIBUS:

M. PLESSNER, MED. ET CHIR. DR.

J. GLOKKE, MED. ET CHIR. DR.

A. SCHACHERT, MED. ET CHIR. DR.

BEROLINI,

TYPIS NATORFFIANIS.

VIRO

ILLUSTRISSIMO, PRAENOBILISSIMO

DE BANDEMER,

BORUSSORUM REGI CONSILIARIO IN COLLEGIO REGIMINIS SUPREMO,

EQUITI ORDINIS REGII A STO. JOHANNE

UT SUMMAE REVERENTIAE SIGNUM.

NEC NON.

VIRO

GENEROSISSIMO, SUMME VENERANDO

J. M. HENOCH,

REGI A CONSILIIS INTIMIS MERCATURAE ADMINISTRANDAE

FAUTORI OPTIMO, AD CINERES

USQUE COLENDO.

NEQUE MINUS.

VIRO

CARISSIMO, HUMANISSIMO

H. C. BASWITZ

HASCE QUALESCUNQUE PAGELLAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

Libri evolvendi.

1. Andral. Précis d'Anatomie pathalogique. Paris 1829.
2. John Blackall's Bemerkungen über das Wesen und d[illegible] Heilung der Wassersuchten.
3. Harless Handbuch der ärztlichen Klinik.
4. W. Prout Untersuchung des Harngrieses, Harnsteines un[d] anderer Krankheiten.
5. Dr. Crampton's Clinical report on Dropsies.
6. J. P. Frank epitome lib. VI. pars 1. de retentionibus.
7. Wells, Transact. of the medical Society 1812.
8. Haase über die Erkenntniß und Kur der chronischen Krankheiten.
9. Creuzwieser, dissertatio de cognosc. et curando diabete
10. Sprengel Handbuch der Pathologie.
11. Dreyssig Handbuch der medizinischen Diagnostik.
12. Hufeland's Journal der praktischen Heilkunde.

Prooemium.

Quum veteri more receptum sit, ut medicinae candidatus in germanicis literarum sedibus eruditus, ad summos in utraque medicina honores obtinendos, inaugurale edat specimen, atque ego quoque huic usui obtemperaturus, consilium dissertationis scribendae cepissem, diu haesitavi, quam rem tractandam eligerem. Cum enim experientia, unica rerum medicarum magistra, maximam partem destitutus sim, metuebam, ne quid manci in lucem proferam, praesertim tempore ad finiendam dissertationem urgente, scriptoribusque multis deficientibus, qui me edocere possent de ea morbi specie, quam describere mihi proposueram. Ex omnibus vero morborum generibus maxime animum attendi ad hydropem, ideoque de una specie illius morbi ab aliis sat superque distincta et secundum naturam suam prorsus diversam disserere animus mihi est. Morbus autem, de quo disputaturus sum, est hydrops albuminosus, quem dico eum hydropem, quo vel omnia corporis, vel quaedam tantum cava fluido seroso morbose secreto et stagnante, inundantur, et in quo urina serum continet, ita ut igne admoto vel aliorum reagentium chemicorum ope coaguletur.

Hydropum divisio vulgo a sede morbi desumitur, variaque a variis morbi locis, ubi aqua stagnat, nomina habet, ut: Hydrocephalus, Hydrothorax, Ascites etc.

Si quilibet hydrops ejusdem loci cavique idem quoque esset morbus, alia istius morbi divisione non opus esset; sed vel obiter eum consideranti perspicuum erit, hydropes natura sua esse diversissimos, hasque diversitates longe majoris esse momenti majoremque, sede morbi ac loco, et in theoria et in praxi vim exercere; cum hydropum unius ejusdemque cavi et causae

et symptomata et medendi methodus quam maxime i
ter se differant. Atque rem ista, qua dixi, ratione
habere a nemine poterit in dubium vocari, qui re
diorum, quae vulgo in hydropicis adhibentur, specta
rit rationem: quanta est enim remediorum, quae co
hydropicas effusiones laudantur, diversitas! regu
quibus ea indicantur, quam dubiae incertaeque prosta
Non exploratum habemus incertique haeremus, qu
remedia data modo exspectatam exerceant vim, m
omni successu careant, quare eadem remedia in hy
pibus, quos natura sua congruentes esse putamus, pr
scripta nunc cum bono, nunc cum malo effectu a
beantur; cujus effectuum remediorum diversitatis at
incertitudinis non aliam, si quaerimus, invenimus ra
nem probabilem, quam quod naturam istius morbi in
lemque tam parum perspectam habemus, atque m
organismi mala inter sese diversissima, discrimine i
rum specifico non probe intellecto, quasi una eadem
sint, inter se confundimus.

Isthaec enim remediorum eorumque effectuum
versitas tanta est, ut illa ex idiosyncrasia quadam ce
explicari non possit. Verum enim vero, neque ju
hydropis naturae ratio semper habetur, neque caus
proximae satis explorantur atque ad illas probe res
citur. Ex quo fit, ut in tot ac tam diversas sentent
scriptores abierint, licet tot hujus morbi prostent symp
mata, quibus ejus et diversitas et natura cognoscantur
que evincantur. Diversissima enim in hydrope laboran
bus est cutis conditio, quae modo calida et arida est, mo
frigida et humida, modo rubicunda, modo pallida; s
cretionum ratio atque copia multum variat, aut in uri
praevalet acidum, aut alcali, modo pallido colore, int
dum rubore satis intenso, qualis in morbis inflammat
riis adesse consuevit, signatur; modo sedimentum hab
rubicundum, purpureum, lateritium, modo nullum; mo
sanguinem et materiam purulentam continet, modo c
piosa, modo parca, vel fere nulla secernitur.

Morbus ipse modo celeri, modo lento cursu insurg
et decurrit. Vitae periculum hinc inde magnum e
et imminens, modo mitior morbus complures ita dur
per annos, ut magnum periculum non ostendat; mod
febris, sitis, calor, anorexia, lassitudo et reliqua sympt
mata febrilia animadvertuntur, modo ab illis prors

liber est aeger, morbusque decursum, nisi in ultima periodo, apyreticum absolvit. Modo cum vehementibus, continuis, vel etiam intermittentibus doloribus conjunctus est, modo, in malo licet gravi, dolore tamen caret aegrotus; nunc sine causa congrua cognita exoritur, nunc morbos sequitur gravissimos et jamjam per longum tempus perseverantes. Cetera, quae morbos hydropicos comitantur, symptomata eorumque varietates omitto. Omnia autem ista, si aliorum morborum analogiam spectes, docent, diathesin modo inflammatoriam, modo putridam adesse; morbum modo ex unius vel plurium organorum, modo etiam ex totius organismi partium et solidarum et fluidarum oriri vitiis.

Morbi Decursus atque Symptomatologia.

Prima morbi symptomata plerumque obscura atque ignota sunt; medicorum enim auxilium maxime tum demum imploratur, ubi hydrops jam gravior factus est, quam ob rem ne certo quidem constat, utrum morbus hydropicus prior adfuerit, an urinae albumen. In iis quoque casibus, ubi hydrops albuminosus ex aliis morbis originem ducit, qui jam per tempus longum durarunt, quorumque decursum medicus continuo ab initio observare potuit, urinae fere nunquam analysis chemica instituitur, antequam alia, quae aegrotum morbo hydropico laborare demonstrent, symptomata accesserunt. Sed in paucis, quos ego observavi, casibus, urina, simulac cetera apparuerunt symptomata, statim sub initio curationis albumen habuit admixtum, nullumque scio exemplum, ubi hoc symptoma in decursu demum morbi accesserit. Etiamsi aegroti convalescunt, hoc urinae albumen, licet quantitate imminuatur, aliquamdiu tamen superest, postquam omnis corporis colluvies aquosa jam est sublata. Primum omnium, quod conspicimus symptoma, est oedema pedum, quod interdum aliis intumescentiis per satis longum tempus antecedit, sed plerumque per omnem corporis ambitum tam celeriter propagatur, ut intra tres quatuorve dies omnes corporis partes tumore sint affectae, ita ut aegroti neque incedere, neque sedere, neque noctu in lectis cubare possint. Scrotum brevi tempore ad magnitudinem insignem, ut capite infantis

non minor sit, in viris hoc malo laborantibus turg ponderosum fit, splendet et dolet, atque propter m gnum volumen inter crura vix habet locum. Brach thoracis partes externae, praesertim musculi latiss dorsi regio, vultus et palpebrae aqua stagnante tu gent. Non multo post abdomen intumescit, fluctu atque experimento succussionis adhibito, manifesta praebet undulationem; saepe tumor ad tantam cres extensionem, ut umbilicus pellucidus, promineat; ru ti adeo umbilici, serique effusi exempla in scriptorib me legisse, memini. Dolor praesertim incipit in regio epigastrica atque per totum abdomen tumidum ac te sum aequabiliter propagatur. Multi aegroti tantummo moto vel presso abdomine sentiunt dolorem, alii pra sertim adaucta colluvie doloribus afficiuntur crescen bus, vexanturque, etiamsi quieti locum teneant lectis; dolor est tensivus atque augetur tactu.

Hydrothoracis symptomata, scilicet effusi in sa cis pleurae seri, in hac hydropis specie insignius atq magna cum vehementia sese offerunt. Dyspnoea saep ad suffocationis crescit periculum, aegri dies atque n ctes in lectulis versari, nisi corpore erecto, et somn quamquam gravissimo urgente, indulgere non possun nam ubi primum obdormiverunt, paroxysmo correp suffocationis timore percelluntur atque perterriti e s mno excitantur. Suffocationis timore ad summum gradu aucto, strangulationis incipit sensus ac vomitus. Inte dum vero aegri thorace etiam erecto respirationis lev men non sentiunt, tumque ob virium prostrationem lecticulis decumbunt; saepe in latere cubare vix po sunt, quare situm in dorso praeferunt. Percussio th racis sonum praebet obtusum, adhibitaque auscultation respiratio rauce, aegre, ac graviter ducta auditu Praeterea aegroti ut plurimum tussi vehementi, moles atque dolorifica vexantur, quae initio sicca est; s quenti vero tempore sputa aquosa et mucosa excretion offert. Tum sputa fiunt puriformia, saepissime qu que sanguinis habent aliquid immixtum, imo interdu sputa aquoso-sanguinea, ac saepe tanta meri sang nis copia ejicitur, ut haemorrhagia pulmonum in pr pinquo esse videatur.

Hydrocephali quoque symptomata in decursu mor aliquanto post sese produnt, ut dolores capitis diut

ni, praefertim in frontis regione, vertigo, aurium susurrus, cophosis, myodesopia, visus nebulosus, amblyopia, aut etiam ipsa denique amaurosis imperfecta, vel perfecta. Pupilla neque contracta, neque dilatata, pro varia lucis oculis admota ratione normali sua actione gaudere videtur. Lipothymiae, deliria, sopor, adeo lethargus, convulsiones faciei et extremitatum leves, unum alterumve corporis latus prae altero occupantes, subsultus tendinum, carphologia adparent, et symptomata paralytica in lethali morbi exitu offeruntur; saepe in una palpebra status adest, quem vocamus blepharoplegiam, altera in sano versante statu, ita ut oculus altero minor nobis appareat. Facies aegri plerumque pallida, lurida, tumida, atque colore obducta plumbeo; labia livida, subalbida; oculi splendore egent, genae rubore sunt destitutae, omnisque vultus talis est, ut totius organismi vitium, quod totum mutaverit corpus adesse significet atque morbus ex facie sola dignosci possit. Cutis est arida, tensa, quasi pellucida, saepius etiam pallida et humida; interdum quoque per decursum morbi maculis, quae scorbuticis non sunt dissimiles, atque a petechiis distinctae, notata. Oedemati, si maximum assecutum est gradum, erysipelas accedit, quod lubenter in gangraenam transit, appetitus aegrorum plerumque mediocris est, gustus amarus aut mucosus et putridus, lingua pituita obducta, viscida, haud arida, saepe aphthis obtecta; sitis aucta, vehementius aquae frigidae desiderium, pulsus tensi, duriusculi, saepissime tardi; alvus ab initio morbi lenta et parca est, postea colliquativa diarrhoea elicitur; fluidis autem per alvum ruentibus multum muci, sanguinisque aliquantum est admixtum; e naribus haemorrhagiae frequentes. Sanguis vena incisa emissus tenuis et aquosus videtur, sed tanta obducitur crusta inflammatoria, quanta vix obvenit in morbis stricte inflammatoriis. Partem cruoris dimidiam crusta constare inflammatoria vidi, quae tam densa et tenax fuit, ut resinae elasticae instar extrahi possit; serum sanguinis est sordidum, turbidum et viridescens. Urina quae primarium efficit signum pathognomonicum saepissime morbo crescente tanta emittitur copia, ut singulis diebus quatuor vel quinque librae edantur; initio vero morbi parca secernitur neque vero tam parca est, sicuti in aliis morbis hydropi-

cis. Saepe rubescit sanguine, tumque post aliquot ras sedimentum deponit cruentum. Saepissime sta ab excretione gravem spargit odorem et magnop nauseosum, statimque, ut ego quidem observavi, p trescit. Igni exposita gradu caloris 50—60°R. coag latur, atque in coagulum separatur et liquorem, percolatus urinae normalis speciem praebet. Coag autem copia modo major modo minor, ac saepe ta est, ut liquidi fere nihil reliquum, idque gelatinae millimum sit. Coagulum vero fundum non petit, s liquido innatat. Eodem modo ab urina coagulum paratur per omnia acida fortiora, ut per acidum muriaticu nitricum, sulphuricum, aceticum concentratum, item, tin turam gallarum, solutionem Hydrargyri muriatici corros aliaque corpora, quae in albumen chemice reagunt. Non ve ro semper albuminis, quod in urina continetur, magna copia, hinc inde parum tantummodo coaguli inest, a que urina igni exposita, dictisque reagentibus perl strata, turbida fit colorque ejus lacteo similis redditu Non tamen semper adeo gravis, vehemens, periculosu que, quam symptomata, quae modo descripsimus, ed cent, est morbi decursus. Non semper liquidi effu tanta copia implentur cavitates, ut aegri laticis aquo tumore inflati, neque stare, neque incedere, neque s dere, neque in lectulis decumbere possint, hisce t men ob summam virium prostrationem affixi, quo demu se volvant, non habeant, parsque, in quam coacti pr cumbant, profunde rubescat, doleat et tandem in spha celum transeat, ac brevi miseri absumantur. Saepe eni tardior est morbi decursus et hydrops pedetentim cresc non totum corpus sed quaedam solummodo corporis cav occupat, tumor haud semel recedit, atque denuo resurg

Causae.

Ad hunc morbum praecipue infirmitas valetudini corporisque constitutionis laxitas disponit; quae corpo ris infirmitas ex mala diaeta, äere non salubri, gravi bus concitatisque animi motibus atque colliquativis ex cretionibus omnis generis originem ducit. Causae vero hujus morbi occasionales frequentissimae sunt: subita caloris frigorisque vicissitudines, refrigerationes, et potus frigidi calefacto corpore assumti, commoratio in

ëre humido, frigido ac corrupto, somnus in terra humida decumbentium; multi alii morbi, quorum symptomatis profligatis hoc hydrope subito corripiuntur aegri; siquidem e gravi morbo, ut scarlatina, reconvalescentes citius ac par est cubiculum vel domum relinquant plërique frigidiori incaute exponantur. Praeterea multi haemorrhagiis, quibus largissima sanguinis copia deperdita est, debilitati, hoc morbo affliguntur. Ex morbis praeterea exanthematicis male curatis ac repressis, ex febribus intermittentibus, ex cachexiis, viscerum vitiis adjunctis, ex mercurio denique imprudenter perverseque adhibito morbus iste exoriri dicitur.

Cadaverum sectiones.

In sectionibus nusquam corporis partes internas destructas, vel organum quoddam praecipuum graviter laesum, sed fluidum tantummodo in cavis telaque cellulosa stagnans atque membranarum serosarum inflammationis vestigia invenimus. Idem quoque deprehendisse se in cadaveribus testantur Angli, eo tamen discrimine, quod nonnunquam in pulmonibus sanguinem extravasatum atque in cerebri ventriculis, neque minus saepe organorum internorum saepe labem notabilem invenerint. Blackallius in duobus cadaveribus renes justo duriores, in aliquibus hepar induratum vel scirrhosum, vel glandularum meseraicarum indurationem et in pulmonibus tubercula observavit. Verum enim vero in omnibus hisce exemplis morbus longinquus praecesserat, ut Scrophulosis, Syphilis, cui mercurius contra artis regulas adhibitus fuerat; neque dubitare licet, quin isthaec organorum vitia potius ex illis, qui praecesserunt, morbis, quam ex hydrope exstiterint. Peritoneum variis in locis, praecipue ubi viscera obducit abdominalia, subrubescit, superficies intestinorum externa ceteraque abdominis organa nihil alienum praebent.

Natura morbi.

Primum significationem pathologicam et semiologicam symptomatum hydropis albuminosi considerabimus et initium ab secretione perversa hic locum habente

faciemus. Exhalatio et resorptio, dum corpus huma bona gaudet valetudine, aequa et congrua sibi inv ratione respondent, ita ut corporis superficiem ex nam internamque non nisi naturali justaque evap tione humectent. Omnis igitur colluvies aquosa h nem morbo affectum esse significat, atque illa ex mia aut perversa, si cum naturali corporis condit comparatur, secretione exorta sit necesse est, cum secretio largius est aucta vel absorptio nimis est im nuta vel utrique locus conceditur. Hujus autem s tionis adauctae et perversae causa vel in morbosa tematis resorbentium et exhalantium vasorum conditi vel in morbo humorum, i. e. in vitio sanguinis, quod plerumque fit, in utraque, altero alterum efficien posita esse potest. Angli morbosam liquidi stagna secretionem ex statu inflammatorio totius corporis praesertim membranarum serosarum enasci putant, que sententiam aliorum, qui ex morbosa sanguinis c ditione hydropem proficisci posse credunt, in hac dropis specie rejiciunt, improbantque, pro certo c dentes albuminosam urinae indolem veritati illius s tentiae obstare. Non inficiabor et lubentissime c cedo, in nonnullis hydropis albuminosi casibus me branas serosas inflammatas reperiri, sed contra e quam ego propono sententiam, in sanguine natur morbi quaerendam esse, hoc nihil omnino prob Primum enim obscura et turbida conditio seri in ca morbo tentatis stagnantis in iis tantum reperitur ca bus. in quibus membranae serosae durante morbo flammatae fuerint; si vero nulla adparuerit inflamma liquor stagnans etiam clarus pellucidusque est. S etiam in sero stagnante, claro pellucidoque, dic Angli, difficile est judicare, quatenus humoris stagn tis atque naturalis vaporis conditio differat. At pos et concesso, humorem stagnantem pellucidum quoq a normali vaporis conditione differre quod probari exin potest, quoniam quaelibet secretio in quantitate, ajunt, adaucta etiam in qualitate est perversa; ex in tamen nequaquam efficitur, inflammationem caus hujus perversionis esse, neque in ipsis organis sec nentibus causam esse quaerendam; nam ex sangui corruptione aeque procreatur qualitativa, secretion perversio, ac quantitativa; haecque sanguinis condi

ipsa, magnam in membranas serosas vim exercere, easque relaxare, atque ad inflammationem disponere potest. Etiam secundum, quod Angli opponunt, argumentum, inflammatas scilicet saepius reperiri membranas, nil nisi diatheseos inflammatoriae accessionem probat, quae certe, ubi locum habet, ad pervertendas et corrumpendas secretiones ut plurimum valet. Una cum vitiosa sanguinis conditione adesse potest, quod ex febre putrida et scorbuto compertum habemus; in his enim morbis saepe inflammationes locales ex universa humorum corruptione exortas conspicimus. Cum vero status iste inflammatorius non in omnibus animadvertatur casibus, et in plerisque non inde ab initio, sed saepissime demum per decursum morbi adcedat, exinde Anglorum sententia, naturam morbi in inflammatione positam esse, refellitur. Immo vero inde sequitur, inflammationem in hydrope albuminoso nihil esse nisi symptoma, aut potius sequelam morbi ab illo toto coelo diversi. Porro Angli crustam magnam tenacemque sanguinis, qui in hydrope albuminoso emittitur, signum pathognomonicum certum naturae morbi inflammatoriae habent; quod vero neutiquam esse potest, quippe quae in multis aliis quoque morbis, quarum natura in inflammatione non est quaerenda, offertur, praesertim in febri putrida, in qua sanguinis crustae singularis saepe est magnitudo tenacitasque; etiam gravidarum sanguis vena emissus crusta obducitur. Quare sanguinis crusta, dum adest, nil, nisi partes, quibus sanguis compositus est, facilius a se invicem dissolvi, probare videtur. Ex his argumentis intelligitur, inflammationem non esse causam morbosae secretionis.

Urinam nunc consideremus. Ex urinae conditione omnino evincitur, non esse phlogisticum hunc morbum; etenim hydrope albuminoso affectorum urina non est pellucida, obscure tincta, igneique ruboris speciem referens, qualis in hydrope inflammatorio aliisque morbis phlogisticis esse consuevit, neque semper parce, sed copiose saepe emittitur, ejusque color subalbidus turbidusque apparet, et tantummodo, si sanguinem continet, rubicundus videtur; sed iste rubor ab inflammatorio facile dignoscitur, sanguinis parte semper in illa subsidente. Indoles quoque urinae, quae albumen

continet, nostram sententiam, inflammatoriam m naturam non esse, probat; serum enim morbose se tum, quacunque demum via sibi exitum quaerat, rumque non nisi in morbis asthenicis ocurrit. Il vero urinae albuminosam indolem etiam dum aeg recreantur, adhuc diu manere, cum status inflamm rius jam diu exstinctus sit, satis notum est. Angli au hac ipsa urina albuminosa sententiam suam confirm student dicendo, urinae coagulationem vehementissi inflammationis esse symptoma atque venaesection indicare; et quo major albuminis copia sit in uri quo facilius illud et quo citius sub minori calore coag latur, eo tenaciorem quoque esse sanguinem, eo majorem esse totius corporis diathesin inflammatoria Verum enim vero et ex iis, quos ego observavi, et Anglorum exemplis, intelligimus, in iis quoque hyd pis albuminosi casibus, in quibus nullum inflammat nis indicium deprehenditur, urinam sub exiguo cal saepe coagulum sat tenax praebere. Quare, quae hydrope albuminoso afferuntur, inflammationes topic nullam vim in albuminis, quod urina continet, copia exercere videntur. Sed ipsum albumen in urina co tentum, quae sit vera hujus morbi ratio, nos doceb primarioque erit argumento, in disjunctione partiu sanguinis constituentium atque in illius corruption causam morbi esse quaerendam. Videamus igitur un hoc albumen oriatur, et qua ratione urina eo imbuatu Hac de re sententiae scriptorum variae sunt. Prou dicit albumen in urina contentum, quod ad adspectum albumini chyli quam sanguinis similius esse, ejusq originem in chylo non in sanguine quaerit; quam se tentiam eo firmare studet, quod albuminis in urina co tenti copia post epulas sumtas semper augeatur, et d gestione peracta rursus imminuatur. At cum urin cujus analysin perfecit, non ab hydropicis sed ab ali morbo aegrotantibus provenerit; cum reagens chem cum, quo chyli albumen ab eo, quod in sanguine co tinetur, distingui possit, non inveniatur, sed tota vari tas in externi ejus adspectus discrimine posita si cumque ipse Prout neque viam neque rationem, qu albumen in urinam perveniat, indicet: huic sententia assentire non possum atque adeo sequentia ad illa rejiciendam in medium proferre studebo.

Adspectu rei cujusdam externo solo, praesertim ubi totum discrimen tam parvum est, et opinione mens jam praeoccupatur, sensus facillime falluntur.

Copia albuminis in urina post epulas aucta Proutii sententiam firmare nequit, propterea quod hoc symptoma alio modo explicari potest, quodque in sano quoque statu post coenam sumtam augentur secretiones omnes.

Posito sed non concesso, albumen in urina contentum chyli quam sanguinis albumini similius esse, exinde sententia mea, albumen recta via e sanguine venire, non refellitur, quoniam albumen in hoc morbo cum urina secretum jam in ipso sanguine corrupto magis chylosam, imperfectam et crudam indolem habere vel renum secretione morbose perversa eam induere potest. Ut vero concedamus, albumen alio modo, quam e sanguine in urinam pervenire tamen nondum intelligitur, qua ratione ipse sanguis merus urinae saepe admisceatur.

Ipsum denique Prout sententiam suam non pro certa esse amplexum, inde sequitur, quod, aliis in casibus, praecipue in quibus sanguis urinae admixtus sit, albumen urinae e sanguine originem fortasse ducere, doceat.

Blackallius autem opinatur, urinae albumen originem et fontem in fluido in cavis stagnante habere, ex eoque per resorptionem in urinam venire; atque duas vias, per quas albumen e fluido stagnante resorptum in urinam deferri possit, indicat, scilicet:

1) Albumen perverso vasorum lymphaticorum motu in vesicam urinariam pervenire.

2) E fluido stagnante resorptum normali sanguinis circulantis via delatum illi admisceri, in renibus autem denuo a sanguine secerni. Pro his duabus sententiis confirmandis autor omnia, quae potest adducit argumenta, attamen quas affert, objectiones ipse confitetur haud tam facile refelli posse. Ex omnibus vero argumentis, quae pro et contra adfert, urinae albuminosae originem e fluido albuminoso in cavis stagnante esse repetendam, neutiquam patet, quin imo infirmitas hujus sententiae satis elucet.

Sed meo judicio, albumen non e fluido in cavis corporis stagnante resorptionis ope in urinam pervenit,

hinc credit, hoc symptoma ad praxin non spectans ha magni esse momenti et hunc hydropem a ceteris m multum differre. At secretio morbosa, per quam tan substantiae animalis copia perditur, sine effectu et actione certo esse non potest, et ex iis, quae diximu elucet, hydropem albuminosum a ceteris hydropis sp ciebus natura diversissimum esse.

Venimus nunc ad symptomatum complexum, q ad naturam morbi cognoscendam magni momenti e ad symptomata scilicet, quae sanguinem corruptum dissolutum significant.

Sanguinis in corpore vivo in vasis moti decomp sitio et dissolutio completa, vera putredo existere n quit, quoniam vita in tali humorum statu diutius pe durare non posset, sed in eo ipso momento, quo diss lutio completa exoriretur, non posset non exstingu Quamdiu autem corpus vivit et sanguis movetur, v vitalis putredini resistit, neque in ullo morbo sympt mata sanguinis ratione chemica in dissolutionem com pletam mutati occurrunt; sed observatus status a dissolutionem humorum, ad putredinem in corpore v sanguine vivo multis in morbis accedens, plus minusv illi appropinquans. In albuminoso quoque hydrop dissoluti sanguinis certissima et manifestissima inven mus symptomata. Sanguis enim e vena emissus tenui est, magnamque seri copiam habet, et crusta sic dict inflammatoria obtegitur. Sanguinis autem coagulat crustam non pro certae inflammationis symptomate, se tantum pro signo dissolutionis sanguinis majoris ess accipiendam statuimus, et in omnibus morbis, in quibu obvenit, re vera nil aliud designat. Nam in veri quoque morbis phlogisticis, sanguis ad dissolutionem magis, quam in sano statu dispositus est, in albuminos vero hydrope sanguinis major dissolutio exsistit, quam in aliis morbis inflammatoriis; magisque in eam indo lem, quam sanguis in febre putrida et in scorbuto ha bet, inclinat. Quare crusta in hydrope albuminos multo majorem crassitudinem et tenacitatem praebet quam in morbis inflammatoriis. In febri autem putrida et in scorbuto ad tantam sanguinis corruptionem e tenuitatem putridam pervenit, ut vera crusta in casibu vulgaribus effici nequeat. Praeterea sanguis in nostr morbo missus a sanguine in morbis inflammatoriis miss

in eo differt, quod multo majorem seri copiam continet, hocque serum colorem obscurum et turbidum refert. Alia dissoluti sanguinis in hydrope albuminoso iudicia sunt: haemorrhagiae e naribus et pulmonibus, sanguis faecibus et urinae admixtus, petechiae in cute efflorescentes, maculaeque scorbuticis simillimae, quae e sanguine vasibus laxis effuso oriuntur; deinde indoles putrida humorum, qui e sanguine secernuntur; urina recens missa saepe jam olet et mox in putredinem completam transit, sputa puriformia ejiciuntur et gustus putridus est; aegri ad diarrhoeas colliquativas in hoc morbo maxime inclinant; dejectio autem alvina est aquosa, olens et sanguine tincta, neque tumoris neque reliquorum symptomatum morbi levamen adfert, sed vires maxime debilitat et infrangit.

Cetera, quae sicut in omnibus corrupti sanguinis morbis, etiam in hydrope albuminoso obveniunt symptomata, haec sunt; animus fractus, tristitia, anxietas, languor, laxitas solidi vivi, cutis pallor et praecipue faciei, oculi languidi, borborygmi, meteorismus, nausea et vomituritio, vertigo et delirium taciturnum, febris, calor mordax cum frigore invicem succedente, et pulsus, ut in febri putrida variantes, saepe intermittentes, timor mortis, qui ceteris in morbis hydropicis nunquam obvenit; e contrario aegroti reconvalescentiae spem ad ultimum temporis momentum non amittunt; porro cutis in illis partibus, quibus vesicantia adhibentur aut quae scarificantur, magnam ad gangraenam dispositionem habet, nec raro sphacelum ex decubitu ortum demonstrat. Omnia haec symptomata Blackallium non fugiunt; in historiis quoque hoc morbo laborantium illa refert a se observata, eorum in curandis morbis rationem habuit. Quin multos casus, qui scorbuto terrestri sunt simillimi, in capite proprio collectos pertractat. At in illustrandis causis proximis et natura morbi haec symptomata omnia omittit, ac solummodo symptomata inflammatoria prae ceteris adfert, atque ex iis tantum morbi naturam ac indolem, reliquis neutiquam amplius in considerationem venientibus, explicare conatur.

Symptomata inflammatoria, quorum jam variis in locis mentionem feci, hoc loco accuratius consideremus. Symptomata inflammatoria vix in omnibus hujus morbi casibus occurunt; plerumque quidem perdebilia sunt,

et non semper incipiente morbo, sed in ejus decu[...] demum exoriuntur et saepissime rursus evanescu[...] Maximum symptoma phlogisticum, quod in hoc mo[...] apparet (de crusta inflammatoria jam alio loco locu[...] sum) est dolor vel in abdomine, vel in thorace, vel [...] capite perstans. Dolor autem localis nullo modo [...] flammationem universalem, neque naturam alicu[...] morbi phlogisticam indicat, sed solummodo inflamma[...] nem topicam designat. Inflammationes vero topicae [...] omnibus morbis, quorum natura inflammatoria non [...] exoriri possunt, quod in unoquoque hydrope; in fe[...] putrida, in scorbuto, in chlorosi etc. saepissime ac[...] dit; hos morbos vero ex hac causa inflammatorios n[...] minare, arti medicae magnam idearum perturbation[...] adferret. In hydrope albuminoso inflammatio est malu[...] accessorium, quod e morbo ipso deuteropathico mo[...] procreatur. Nam fluidum in cavis stagnans celeri pa[...] su adauctum membranas serosas, distendit, distrah[...] irritat et inflammationem adducit; sed ipse sanguis qu[...] que morbosus tunicis serosis irritamentum praebe[...] atque inflammationem procreare potest. Perversa eni[...] sanguinis mixtio facillime magnam in membranas ser[...] sas earumque functionem vim exercet. Clarissim[...] Prof. Hertwig canum renibus exstirpatis serosas pect[...] ris et abdominis membranas odorem urinalem sparge[...] tes et inflammatas invenit.

De urina, cujus indolem inflammatoriam es[...] Blackallius dicit, jam alio loco dixi, quo osten[...] neque ejus tinctionem esse inflammatoriam, nec alb[...] minis in ea contenti copiam cum symptomatibus i[...] flammatoriis eadem ratione crescere et decrescere; cu[...] saepe sine omnibus symptomatibus inflammatoriis uri[...] igni admota maximum et densissimum coagulum effici[...] atque e contrario, si symptomata inflammatoria majo[...] exoriantur, albuminis copia in urina imminuatur; [...] quo sequitur, albumen urinae admixtum non esse [...] flammationis symptoma. Cui adjiciendum, occasion[...] pluries me habuisse in urinam in hydropibus non [...] buminosis redditam ante et post inflammationis acce[...] sum inquirendi, num albumen contineat, sed ne [...] uno quidem casu urinam sub inflammationis acces[...] fieri albuminosam vidi.

In sectionibus cadaverum reperta et causae occasionales hydropis albuminosi non nisi levia, nec satis firma cognoscendae morbi naturae argumenta nobis praebent; nam ex statu sanguinis mortui status sanguinis in corpore vivo non intelligitur. Coagula sanguinis justo majora in corde reperta certo argumento esse non possunt, et membranae serosae abdominis inflammatae inflammationes topicas tantummodo indicant. Renum, hepatis aliorumque organorum vitia organica in cadaveribus passim obvia, rarius adnotantur, quam ut ex iis certi quid de morbi natura dijudicari possit. Sola extravasata sanguinis in pulmonibus et cerebri ventriculis nonnullorum cadaverum reperta judicium meum de morbi natura confirmant, propterea quod illa non post mortem, sed adhuc in vita ex vasorum laxitate exorta esse videntur.

Causae morbi occasionales, plerumque corpus viresque debilitantes, diathesin et inflammatoriam et putridam efficere possunt. Attamen notatu dignum est, hunc morbum facillime e scorbuto, scarlatina, febre intermittente, atque e morbis, in quibus mercurius perverse adhibitus est, vel ex vitiis organorum haematoseos procreari, quae mala arctissime cum statu sanguinis morboso conjuncta sunt; praeterea morbus vix unquam ex inflammationibus veris et simplicibus exoritur.

Quod remediorum adhibitorum attinet rationes, Angli doctrinam de natura morbi inflammatoria eo firmare student, quod nonnullos hydrope albuminoso laborantes venaesectionibus feliciter curaverunt. Attamen inter quinquaginta quatuor casus hydropis albuminosi ab Blackallio enarratos aegrotis novem solis venaesectiones et alia remedia antiphlogistica adhibita sunt; major eorum pars obiit, et paucis ex his convalescentibus praeter venaesectiones etiam alia remedia roborantia administrabantur. Quare incertum est, quaenam artis praesidia aegris sanitatem restituerint. Sed in multo majore casuum numero et cum meliore successu Blackallius *Chinam* adhibuit; ex quo efficitur, non omnibus in casibus et statum inflammatorium se vidisse et pro tali illum habuisse, nam constat sententia medicorum: ubi inflammatio, ibi cortex Chinae contraindicatur. Equidem credo, unum casum, in quo Chinae cortex cum fausto eventu adhibitus est, majus

esse argumentum, unde naturam morbi esse non infla-matoriam evincatur, quam pro contra multos casus litent, in quibus venaesectiones cum effectu non s… stro, quin imo ad aegrotantium salutem sunt celebra… Nam venaesectio etiam multis in aliis morbis, quor… natura non est inflammatoria cum successu instituit… at Chinae usu status vero inflammatorius semper ubique augetur. In casibus a me observatis venaese-tiones semper noxiae fuerunt. Remedia roborantia morbo nostro maxime prodesse, minus ex propriis … servationibus, quam ex casibus ab Anglis enarrat… mihi elucet; sed in uno quoque casu *Corticem Per-vianum* cum prosperrimo eventu adhiberi vidi.

Diagnosis.

Reliquum adhuc est, ut hydrops albuminosus cu… nonnullis aliis morbis similibus conferatur.

Scorbuto terrestri hydropis albuminosi symptoma… simillima sunt. Morbus noster ex scorbuto vel ex ca… sis similibus saepe exoritur, et morbus ipse tantu… magna corporis intumescentia et decursu celeriore scorbuto differt terrestri; nam dolores osteocopi, ulce… scorbutica, maculae, petechiae et haemorrhagiae e co… pluribus corporis partibus in multis hydropis albumino… casibus quoque occurrunt. At dolores osteocopi i… hydrope albuminoso rariores nec tam vehementes qua… in scorbuto sunt, atque haemorrhagiae in utroque morb… in eo differunt, quod in hydrope gingivae rarius morbos… afficiuntur et saguinem emittunt. Urina quoque i… scorbuto saepe albumen continet; an vero omnibus i… casibus urina scorbutica albuminosa sit, dubito. Analy-ses chemicae hac de re saepe institutae, deficiunt. An… mum fractum, debilitatis sensum, et appetentiam cib… rum et potuum acidorum hydrops albuminosus cu… scorbuto habet communia. Symptomata inflammatori… inflammationes topicae, in utroque morbo occurrunt; i… scorbuto tamen plerumque mitiora sunt, quam in hy-drope. Quare sanguinis dissolutio et diathesis putrid… in scorbuto manifestiores sunt. In multis enim casibu… hydropis albuminosi, symptomata scorbuticis similia no… tam clare elucent, sed symptomatibus inflammatori… sane praedominantibus reprimuntur. At in his quoqu…

asibus, si morbus lethalem exitum sumit, symptomata anguinis dissoluti sane demum in ultima ejus periodo nagis magisque emergunt.

Cum febre putrida hydrops albuminosus praecipue nulta symptomata habet communia, et vix alio modo quam secretione perversa, colluvie aquosa et symptonatibus inde exortis et urina albuminosa ab illa differt; mo urinam in febri putrida redditam nonnullis in casiois albumen continere, vix negarem. De singulis symptomatibus, de haemorrhagiis, petechiis, diarrhoeis colliquativis jam aliis locis locuti sumus. Symptomata inlammatoria et in febri putrida et in hydrope obveniunt, nam diathesis putrida illa non excludit. In febri autem putrida plerumque magis manifesta magisque morbo incipiente jam adparent, in hydrope saepe in morbi decursu accedunt, atque inde exoriri videntur, quod membranae internae serosae latice aquoso premantur, distendantur, distrahantur, et irritentur. Sanguinis in hydrope albuminoso missi crusta multo crassior et tenacior est, quam in febri putrida, in qua, si crusta invenitur, tenuis et laxa apparet.

Diabetes insipidus unum tantum praecipuum hydropis albuminosi, urinam albuminosam, nobis offert; atque si in hydrope nostro colluvies aquosa parva et non manifesta est, utrum diabetes morbus an hydrops sit, judicatu saepe est difficillimum; multique autores credunt diabetem insipidum eo tantum differe ab hydrope albuminoso, quod in hoc fluidum in cavis collectum stagnet, in illo vero sine stagnatione per urinam excernatur. In diabete copia urinae multo major quam in hydrope est; saepe enim uno die duodecim vel triginta septem lotii librae emittuntur, qua ex re macies corporis in decursu morbi sensim sensimque accedens deducenda est, quae aegrotum brevi tempore necat. Sed aliis quoque symptomatibus diabetes ab hydrope nostro differt: sitis est insatiabilis semperque ardens, cutis valde sicca, aspera et vere pergamentea, dolores ad fauces, vox debilis ac rauca. Praeterea symptomata, quae ex laticis aquosi collectione oriuntur, non occurrunt, atque in cadaveribus diabete insipido mortuorum dissectis plerumque organica renum vitia, aut hepatis obstructiones lienisque et degenerationes horum organorum reperiuntur.

Prognosis.

Prognosin omnino esse funestam jam ex ip morbi descriptione elucet; attamen periculum morbi variis casibus non unum idemque, sed pro re nata versum est. Periculosior est, si lento passu exori si non satis aequaliter per totum corpus extendi sed unam prae altera cavitatem magis occupat; nam in hoc casu plerumque vitia organica sublatent, q aegroto certissimam adferunt mortem. Sin vero m bus celeri passu exoritur atque per totum corpus dice, nec nimis fortiter extensus est, minus adest p culum, et spes valetudinis integrae recuperandae; n vitia organica hoc in casu ut plurimum desunt, atq causa aliqua totum corpus afficiens, mere dynam morbum procreavit. Certissimum, ex quo morbi p culum, quantum et quale sit, judicare fas est, signu ex lotio petendum: quo enim major albuminis et s guinis in eo contenti copia est, eo major humoru dissolutio, eoque funestior prognosis; et quo min copia albuminis, eo melior prognosis. Quamdiu alb minis in urina copia non imminuitur, ex ceteroru symptomatum decremento bonus morbi exitus praed nequit. Boni ominis est urinae largior excretio, qu non male foetet, neque sanguinem continet, colore pellucidum habet, in qua albuminis copia imminuit vel plane disparet; hoc enim sanguinis dissolutione decrescere, statumque morbi in melius mutari indic Sudor vaporosus simul cum urina mutata totum corp occupans bonum est indicium, quoniam latex aquos eo citius dispellitur. Mala symptomata sunt inflamm tiones topicae in abdomine, in pectore vel enceph subintrantes; remedia enim contra morbum efficacissi contraindicant. Si haemorrhagiae largae exoriunt petechiae et maculae scorbuticae in cute efflorescu si decubitus jam mature advenit, isque in sphacel transit, atque si urina recens missa odorem jam pu dum spargit: humores majorem in modum corrupt esse cognoscimus et prognosin ancipitem et pericu sam statuimus. Exitum lethalem jam imminere indica diarrhoae colliquativae, foetidae, quae maximum viri languorem adferunt, meteorismus, singultus, suffocat nis insultus vehementes, sensuum externorum obnu

latio, sopor, deliria somnolentia et lipothymiae. Haec symptomata postremis diebus plerumque aegrotos occupant. At si morbus feliciorem habet exitum, convalescentia perlonge durat, et quamdiu urina adhuc albumen continet, aegrotum extra omne vitae periculum positum esse judicare non possumus; nam leve diaetae vitium, refrigerium incaute admissum facillime morbum recidivum efficit.

Curatio.

Ex variis de morbi natura judiciis intelligitur, de medela hydropis albuminosi scriptorum sententias variare atque valdopere diversas esse.

Blackallius qui morbum pro vera inflammatione habet, totam methodum antiphlogisticam suadet, dicens venaesectionem optimum in morbo nostro esse remedium, et urinae igni admotae coaguli copiam atque tenacitatem certam indicationem pro ejus usu praebere, neque; nunquam venaesectionem a se adhibitam fuisse; noxiam immo credit multis in casibus unum et solum vitae servandae remedium praestare. At ego huic sententiae assentiri non possum; in casibus enim a me observatis venaesectio non modo non profuit, imo nocuit. Blackallius ipse doctrinam suam de venaesectionis indicatione non secutus est, cum in casibus hydropis albuminosi in libro suo enarratis, in quibus urinae coagulum crassissimum et tenacissimum erat, non venaesectionem, sed Corticem Chinae et bono quidem eventu adhibuisset. At res ita se habet: hydrope albuminoso incipiente sanguinis dissolutionis solidarumque partium laxitatis symptomata saepe nondum offeruntur, adeo irritationis et inflammationis symptomatibus reprimuntur, et morbus re vera magis minusve ad inflammatorios pertinere videtur, idque hydrops albuminosus cum febre putrida commune habet; ab initio enim hujus quoque morbi inflammationes topicae saepissime emergunt, usumque remediorum antisepticorum ei roborantium vetant, ita ut remedia antiphlogistica adhibere simus coacti. His igitur in casibus venaesectio modica, nec temere sed caute instituta, bonum effectum habere potest, atque sub his rerum conditionibus solis venaesectio adhibita defendi probarique

potest. Cum vero symptomata inflammatoria plen
que non adeo urgeant, potius ex fluidi stagnantis
tatione et membranarum extensione et distracti
quam ex morbi diathesi inflammatoria universali
riantur, venaesectiones certe non optima inflamma
nis removendae remedia sunt, sed multo meliore
successu id efficiunt justo quidem tempore adhi
laxantia alvumque ducentia antiphlogistica, salia me
sal Glauberi, Tartar. depur. etc. Horum remedio
ex usu irritationis et inflammationis symptomata.
adsint, mitigantur; sordes, quae saepissime in pri
viis turgescunt, et insequentem colliquationem ada
tam maturant, evacuantur; Corticis Chinae usus prae
ratur et ipsa quoque colluvies aquosa per alvum et
organa uropoëtica ruens levatur et imminuitur. H
remedia ad inflammationes removendas plerumque su
ciunt, eorumque effectus, venaesectio, quam sup
fluam reddunt, supplere nequit. Nonnulli autores la
antia remedia in dies tam diu repetere jubent, qu
vires aegrotorum id admittant, vel donec tumor aq
sus omnino evanuerit. At haec medelae ratio in h
drope funesta est, prius enim vires vitales consum
tur, quam tumor disparet; plerumque languescunt a
grotantes, excretiones fiunt colliquativae, aegroti
in mortis periculum adducuntur, et tumor, quamvis
pulsus, remediis sepositis, semper celeriori passu
surgit. Feliciore cum effectu laxantia semel tant
vel iterum incipiente morbo adhibentur, ac post alia
media in usum trahantur. Multi quoque medici me
camina laxantia cum aliis remediis, sudoriferis, diu
ticis vel roborantibus conjuncta praescribunt, ego aute
nondum felicem horum remediorum effectum observa

Salubris esse videtur *solutio salis Glauberi cum
quore Ammon. acet.* conjuncti, quippe quae cutis act
nem vitalem augeat, lenemque nec profusum sudore
provocet, *Solutio* autem *salis Glauberi cum infu
Herbae Digitalis purpur.* in casibus a me observatis n
profuit. Remedia laxantia contraindicata sunt, si neq
symptomata inflammatoria, neque sordes primarum v
rum adsint, vel si jam sponte alvus satis ducatur,
si morbo jam diu durante vires maxime deficiant, a
diarrhoeae colliquativae exortae sint. Remediis laxan
bus cum effectu congruo adhibitis, symptomatibus i

flammatoriis sordibusque primarum viarum remotis, atque partium tensione et irritabilitate paulisper imminutis, ad Corticis Chinae usum imprimis est confugiendum. Etenim *Cortex Chinae* in hydrope albuminoso praecipuum est remedium, quippe qui tot, quot nullum aliud remedium in se habet, continet vires, non modo antisepticas, sed etiam stipticas continuoque roborantes. Sanguinis dissoluti compagem confirmat, imminuit colliquationem, viresque ammissas restituit, praeterea in hac hydropis specie diureticum est optimum; saepe enim tam felici cum effectu adhibetur, ut urina, quae hucusque parcissima et turbida multoque albumine et sanguine imbuta erat subito, ut uno ictu, copiosissima reddatur, atque colorem pellucidum indolemque meliorem induat, et aegroti brevi tempore ad perfectam sanitatem redierint. Angli hujus remedii usum impugnant; quamdiu enim urina magnam albuminis copiam contineat, et fluidum stagnans adhuc adsit, Corticem Peruvianum adhibere periculosum habent et dissuadent, ejusque usum non nisi in reconvalescentiae stadio, ut morbus recidivus prohibeatur, admittunt. Sed magis in hac re curandi horum autorum methodum sequimur, quam theoriam; secundum eorum theoriam enim omnibus in casibus, quoties urina adhuc albumen continet, irritatio et inflammatio adest, quare China sit contraindicata; in praxi vero ad aegrotorum lecticulos vocati, debilitatem, languorem et colliquationem, quae symptomata ut plurimum prius accedunt, quam fluidum stagnans in cavis albumenque in urina disparent, optime agnoscunt, quam ob rem multis in casibus, urina magnam adhuc albuminis continente copiam, atque latice aquoso adhuc stagnante in cavitatibus Corticem Peruvianum adhibuerunt. *Cortex Chinae* autem in usum non est vocandus: 1. si inflammationes topicae vel status magnae irritabilitatis accedunt. Cum haec symptomata plerumque ex partium extensione et distractione exoriantur, remedia, quae laticem aquosum imminuunt, optime conducunt, ut laxantia antiphlogistica, vel etiam remedia externa, vesicatoria, scarificationes etc. 2. Si sordes primas vias molestant. In hoc casu Cortex Peruvianus ob viscerum inertiam et digestionis et assimilationis defectum non est adhibendus; indigestus enim manet, imo atrocia excitat tormina. Hoc in statu laxantia remedia

sunt praeferenda, quae sordes evacuant, corpus Chinae usui praeparant. 3. Si viscerum conditio m bosa sublatet; attamen non omnino tunc Cortex Chi est propellendus, sed caute et prudenter adhibitus, cum aliis remediis conjunctus conducere potest. omnibus aliis casibus China adhiberi et potest et de Quo majora enim putredinis et colliquationis symp mata, quo frequentiores et vehementiores haemorrhag quo debiliores et celeriores pulsus sunt, quoque ma urina olet, majoremque albuminis copiam continet, magis Chinae cortex adhiberi debet. Nam in hoc st cutis arida et sicca, deliria furiosa, lingua nigra et si atque symptomata gastricis similia corticis usum n modo vetant, sed potius non possunt.

Etiam dolor lenis in abdomine vel pectore, tensio partium et distractione ortus, a Chinae usu ne det reat; hic enim dolor sub usu ejus evanescit. For optima, qua Cortex Chinae praescribitur, est infuso-c coctum, quae primas vias minus molestet, quam pulv omnesque ejus vires melius in se contineat, quam infusum vel decoctum solum. Magni autem mome est et scire et cognoscere hydropem albuminosum m tis in casibus, in quibus China est indicata, ejus u solo non solum non dispelli, sed etiam, donec aquar moles paulisper tantum imminuta sit, evidenter auge Si igitur China vel non prodest, vel non toleratur, nia huic diuretica et laxantia, *Cremorem tartari*, *S Glauberi* etc. addimus, et quod solus Cortex non effic usu remedii hac ratione compositi semper impetrat Ad eandem etiam nimiae sensibilitatis membranar extensione ortae rationem *Vesicatoria* cruribus adhib saepe necessaria sunt; praestantissimum praebent ren dium, quod in omnibus casibus, in quibus aquarum cellulis stagnantium moles adaucta sit, cum China dem tempore adhibendum censeo. Cantharides dupl modo effectum egregium praebent: primo fluidum tela cellulosa et in cavis stagnans evacuant, parti extensionem et distractionem relaxant, et inde proge tam nimiam sensibilitatem depellunt, ac Chinam effi ciorem reddunt; secundo vero magnam vim in om systema organicum, maximam autem in cutem habe et morbosam secretionem non modo invertunt, sed eti resorptionem adjuvant et stimulant. Ne plagae, in q

bus vesicantia adhibita erant, justo maturius occludantur, sed ut apertae maneant, *Unguentum* Cantharidum superimponendum est illis. Cutis incisiones, scarificationes vesicantibus substitui possunt. Ob conditionis viscerum morbosae suspicionem vel latentis inflammationis multi medicorum in hydropibus asthenicis Amara tonica Chinae praeferunt, ut Centaurium minus, Trifolium fibrinum, Absynthium. Conducere quidem possunt, si morbus lento decursu progreditur singulaque cava occupat, et si viscerum vitia sublatent, quae Chinae usum non admittunt. Etiam Martialia hydropicis et in morbo ipso et in reconvalescentiae stadio ad vires amissas restituendas majoremque tonum corpori inferendum praescribuntur. Diuretica nullum saepe in renes effectum habere, lotiumque sub illorum usu ne minimam quidem aut copiae aut indolis mutationem subire, satis notum est. Optimum vero diureticum in hoc morbo est *Cortex Peruvianus*, quod ex morbi natura elucet. Nonnulla adhuc adjiciamus de diaeta, quae a morbi natura est desumenda. Incipiente morbo victus detur tenuis et parcus, potus demulcentes, lenientes, aciduli, ut *Decocta Hordei, Avenae, Oryzae, vel Rad. Althaeae, Emulsio Amygdalarum dulcium, Aqua saccharata* vel cum *Syr. Rubi Idaei* vel *Tartaro depur*, vel cum *Succo Citri* remixta. Si vero symptomata putrida vehementiora oriuntur, major copia acidorum potui addi potest. *Acidum sulphuric. dilut. cum saccharo* efficax remedium est, cum vires contineat roborantes, antisepticas et antiphlogisticas, sed caute est adhibendum, quia pectoris organa et ventriculum facile afficit. Omnia haec vel frigida vel tepida sumantur. Aër aegrotum circumdans purus et aliquantum frigidus sit; fenestrae saepe aperiantur, lectus saepe mutetur, munditiesque regnet in aegroti cubiculo. In reconvalescentiae stadio aegrotus a cibis solidioribus et gravioribus, nimis acribus et sale multo conditis caute abstineat; omnes nimias corporis animique commotiones et fatigationes vitet; e contrario exercitationes corporis modicae, deambulationes coelo sereno ac tepido, hilaritas, laetitia et frictiones cutis vel siccae vel cum vino, vini spiritu, aliove remedio spirituoso institutae sunt commendanda. Fasciae etiam, quibuscum partes aquarum decessu relaxatas ligamus, optimum saepe praebent eventum.

V i t a.

Ego Ludovicus, Martinus Scheimann, Francofurti-nus, die decimo mensis Martis A. millesimi octingentesi decimi tertii natus sum, patre Marco, matre Sara, e gente Konit quos parentes adhuc superstites pio atque grato animo ven ror. Religioni judaicae addictus sum. Primis literarum ru mentis domi imbutus, aetatis annum agens undecimum gymn sium Francofurtanum petii, quod adhuc floret Cel. directo Poppo. Ibi octo annos versatus, Berolinum me contuli, que per annum gymnasium frequentavi Werderianum; millesimo octingentesimo tricesimo quarto tempore pasch testimonium maturitatis obtinui auspiciis Cel. directoris Ri bek. Eodem tempore almam petii universitatem literaria Fridericam Guilelmam, cujus civibus ab Ill. Strau t. t. rectore magnifico sum adscriptus, nomen vero apud I Busch t. t. decanum gratiosi medicorum ordinis sum profe sus. Inde ab hoc tempore hisce interfui scholis: Ill. Link botanice, de pharmacologia et de encyclopaedia medica; C Beneke de logice; Ill. Mitscherlich de chemia; I Schlemm de osteologia. Idem una cum Ill. Muell me docuit artem cadavera secandi. Ill. Mueller in an tomia corporis humani et organorum sensuum, nec non physiologia; Ill. Wagner in pathologia et therapia genera Ill. Horn in pathologia speciali; Ill. Wiegmann in zool logia; Ill. Rust in chirurgia; Cel. Casper in pathologia therapia speciali atque in infantum morbis; Cel. Kluge arte obstetricia; in akiurgia anatomiaque chirurgica Cel. Fr riep duces mihi erant. Praeterea per duos annos clinica medica et chirurgica et ophthalmiatrica, nec non obstetri et illa circa infantum morbos Ill. et Cel. Virorum, Ru Wolff, Juengken. Trüstedt, Bartels, Kluge, Bar diligenter frequentavi. Quibus omnibus viris, optime de meritis, maximas ago gratias, memoriamque eorum pio gra que animo semper servabo. Jam vero tentamine philosophi et medico, examineque rigoroso coram gratioso medicoru ordine rite absolutis, ac dissertatione thesibusque publice fensis, spero fore, ut summi in medicina et chirurgia hono in me conferantur.

T h e s e s.

1. *Haemorrhoides et Arthritis ex uno eodemque fo oriuntur.*
2. *Ligatura arteriarum torsioni longe est praeferenda.*
3. *Nullas puris metastases esse contendo.*
4. *Conjunctiva est membrana mucosa.*